



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 93. Hujus Archiepiscopi indoles, ac judicium circa ejus orationem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

„omnimoda necessitas suadet; nullus **Sæcul. XVI.**  
„enim ex Synodo fructus est sperandus, **A.C. 1560.**  
„nisi illi obseruentur. Porro eorum pri-  
„mus est, ut Episcopi in suis Diœcesi-  
„bus commorentur, ac per semetipos  
„Episcopalis sui muneric officia obeant.  
„II. requiritur, quod simonia, & ava-  
„ritia penitus a domo Domini eliminen-  
„tur, ac vetus Ecclesiæ disciplina re-  
„stauretur. III. Episcopi per jejunia,  
„Eleemosynas, pœnitentias, precesque  
„publicas iram Dei placare satagant.  
„IV. Nulla de caussa subditis sine jussu,  
„ac venia Principis, qui bellorum mo-  
„derator est, arma sumere liceat, nul-  
„lusque Ambasianos rebelles imitetur,  
„qui magno numero, ac militum more  
„armati Regi libellum supplicem por-  
„rexerunt, cum tamen potius non nisi  
„pauci, atque inermes coram eo com-  
„parere debuissent., Omnes hasce ra-  
tiones Archiepiscopus Viennensis fusius  
comprobatas reddebat.

### §. XCIII.

*Hujus Archiepiscopi indoles, ac judi-  
cium circa ejus orationem.*

**H**ic Archiepiscopus Anno Christi mil- **Thuan. l. 25.**  
lesimo quingentesimo decimo pri- **San. Marth.**  
mam lucem aspexit: dein vero Parisien- **Gall. Christ.**  
sis Curiae Advocatum agebat, ob suamque  
eloquentiam, atque eruditionem a Fran-  
cisco I.

D d 2

cisco I.

Sæcul. XVI. cisco I. Rege plurimi habebatur: cum  
A.C. 1560.

autem jam ab eo tempore novis opinionibus favere crederetur, ne periculo sibi jamjam imminenti se se exponeret, anno ætatis suæ vigesimo secundo Joannem Forestum Avunculum suum, qui Legatus Constantinopolin contenderat, comitabatur, eique in hoc munere succedebat: inde vero reversus Anno Salvatoris nostræ millesimo quingentesimo quadragesimo primo a Rege Parisiensis Curiæ Senator renuntiatus, postmodum Legatus decernebatur, ibidemque adhuc subsistens ad Melodunensem D. Petri Abbatiam vocabatur, necnon ab eodem Rege libellorum supplicum Magister nominatus fuerat: postea vero Venetum in Britannia Episcopatum obtinuit, atque a Francisco Rege ad Granvellanam urbem pro concilianda pace in Hispaniam ablegatus, tandem ad Viennensem Archiepiscopatum, qui tum mortuo Petro Palmerio vacabat, evehebatur: cum autem granvallana pax violaretur, tunc idem ad Caraffæ Cardinalis preces hoc foedus merito fuisse recissum edito libello propugnavit, ac demum Legatus Romam missus, Anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo nono Augustanis quoque comitiis interfuit. Ceterum ejus oratio, qua Nationale Concilium esse convocandum

cum  
opi-  
riculo  
heret,  
Joan-  
, qui  
derat,  
e suc-  
o Sa-  
esimo  
iensis  
odum  
e ad-  
Petri  
odem  
r no-  
etum  
c, at-  
unam  
ispa-  
nen-  
mor-  
eba-  
vio-  
ardi-  
uijfe  
, ac  
Anno  
quin-  
e co-  
atio,  
can-  
dum

dum persuadere nitebatur, minus arri- **Sæcul XVI.**  
debat Guisianis Principibus, qui etiam **A.C. 1560.**  
palam indignationem suam exerebant:  
insuper ob petulantiam, qua indignum  
in modum contra Ecclesiam declamabat,  
majorem adhuc sibi invidiam accerse-  
bat, aliunde Guisiis plurimum exosus,  
eo quod nimio studio Borbonicæ familiæ  
adhæreret usque ad obitum suum, qui  
die secunda Decembris contigit, post-  
quam ætatis suæ annos quinquaginta  
expleverat.

### §. XCIV.

#### *Guisi Ducis oratio in hoc conventu proposita.*

Postquam hi Præfules suos sermones **Thuan. l. 25.**  
absolverant, rursus altera die apud  
Bellaqueum-Fontem Sessio habebatur,  
in qua suo ordine Colinus perorare  
cœperat, ea tamen, quæ jam superius  
prolata fuere, duntaxat repetebat. Post-  
ea Guisius Dux, cui suspectum erat Co-  
linii Præfecti ingenium, singula illius  
verba redarguebat, hæc subjungens:  
„Rex sapientissimi Parentis studio ita  
„educatus es, ut tua juventus non metu,  
„& odio, sed optimis prudentiæ præ-  
„ceptis instructa magnam de se spem  
„excitaverit; Verum huc deciderunt  
„cuncta ob sceleratorum quorumdam  
„machinationes, ut militari stipatu tuam

D d 3

vitam